cedere,de qua vi. per Dec. in cap.quoniam,3. de teſtibus in 2. no. Sed non loquitur ſubſiſtente cauſa. *Giach.*

d *Et aduerte.*] Adde, quòd de iure † perſonæ egregiæ exa-
5 men in criminalibus committi non debet, vt per gloſ.in cap.1. de teſtib.cogen. quam gloſ. per ſingul. allegat Rom. in ſing. ſuo incip. egregia perſona, & firmat Abb.in cap. cum cauſam,in 9.colum. verſic. quæro, an Iudex inferior. de teſtibus, &
6 quæ ſint † illæ perſonæ, quę egregię dici poſſunt, vide Carau. in ritu 142. hic allegato,num.7.

Item adde,quòd ſimiliter eſt de iure communi,quòd ſi ſunt examinan
7 dę mulieres † honeſtæ in cauſa criminali, earum examinationes poſſunt committi, per cap.2. de iudic. lib.6. & hoc etiam firmauit Afflict.in cap.in pecuniarijs, nu1.6.lib.2. rub.19. *Baiard.*

e *In earum domibus.*] Farin.d. q.77. cap.5. per totum, maximè nu.244. Foller. in verbo. capiat informationes, num. 4. circa fin. *Roſ.*

f *Impeditæ.*] Ad hoc adde, & vide per Iacobin. de S. Georg. in l. teſtium fides, §. fin. ff. de teſt. poſt num.5. *Giach.*

g *Sed quæro quid agen-*
8 *dum.*] Adde, an † in criminalibus ſit concedenda remiſſoria, vide Sanfelic. comm. concl. lib.7. concluſ. 25. Simon de Pretis conſ.14. num. 5. & Menoch. de arbitrar. iudic.
9 caſ.250 & quid † in cauſis ciuilibus arduis, & magnis, vide Alciat. in conſ. 15. num. 9. lib.7. Benintend. in deciſ.74. & Riminal. iun. in conſilio 219. Franc. Marc. deciſ. 774. par. 2. & quòd quando
10 probatio † non debet fieri per teſtes,ſed per inſtrumenta, vel per ſcripturas, non concedatur pro illis remiſſoria, cum facile tranſmitti poſſint, Dec. in cap. 1. numero 74. de appellationibus.

2 *Et* [d] *aduerte, quia diſpoſitio*
d *l. ad egregias. ff. de iureiur. vt ſcilicet perſonæ egregiæ*
e *examinentur* [e] *in earum domibus, non habet locum in cauſis criminalibus, ſed debent venire ad deponendum coram iudice, ſi ita ei videatur; & ita ſeruatur, vt dicit Carauita ſuper 142. titu magnæ curiæ, numer.1. Si tamen eſſent perſonæ, quæ aliquo iuſto im-*
f *pedimento eſſent* [f] *impeditæ, puta honeſtæ mulieres, infirmæ, aut debilitate, eo caſu non coguntur ad iudicem venire, ſed ad eas accedit ipſe iudex, vel mittit notarium. Et ita obſeruatur, vt dicit Carauita ſuper ritu 155.magnæ curiæ,nu. 2. & alijs ſeq.*

3 *Sed quæro, quid agendum*
g *ſit, ſi teſtes, qui ſunt examinandi, reperiantur abſentes, & extra territorium iudicis procedentis. Reſp. de iure non poteſt iudex aliquid facere,niſi teſtes perſonaliter veniant coram eo ad teſtificandum, vt eſt*
h *tex. in auth.* [h] *apud eloquentiſſimum, C. de fide inſt. & eſt*
i *communis* [i] *opin. vt dicit Viuius in libro communium opin. fol.26. verſ. teſtium examina-*
K *tionem. Sed* [k] *de conſuetudine ſeruatur, quòd iudex poteſt, & debet* [l] *concedere litteras ſubſidiales, ſiue remiſſorias pro eis examinandis iudici,in cuius territorio ipſi teſtes reperiuntur. Et ita dicunt de de conſuetudine ſeruari Scribentes in c. conſtitutus, de fi-*
deiuſſor. & in ſpecie Io.Andr. & Anton. de But. & Ancha. quos refert Auguſt. ad Ang. de malefic. in verbo, Qui iudex ſtatuit, circa fin.& Carauita ſuper ritu 167. magnæ curiæ, numer.7.& Socin. iun. conſil.60. num.7. in fin. lib.2. Idem atteſtatur ſeruari de conſuetudine etiam in cauſis capitalibus Bald.in d. auth. apud eloquentiſſimum,num.2.quem refert Anan.in cap.fin.num.3. de colluſ.detegen.& Curt.ſen. de teſtib.concluſ.26. num.61. & Gramm. conſil. crimin.41. num.16.& Afflict.ſuper prima parte conſtitut. Regni,rub. fin. in princip. poſt num.2. & Boß. in tit. de oppoſ. contra
m *teſtes,num.20.* [m] *Dicit tamen*
4 *Alciat. conſil.462. numero 1. quod licet plerunque ſecundum conſuetudinem tales litteræ remiſſoriæ concedi ſoleant, id tamen non fit niſi ex magna, & neceſſaria cauſa, quando aliter veritas haberi non poteſt, ibique recenſet aliquos*
n *caſus, in quibus* [n] *ſunt concedendæ.* [o] *In hoc autem Ducatu*
o *nullus iudex inferior tales litteras concedit, niſi iuſſu Senatus, qui etiam hoc niſi raro, & ex magna cauſa fieri non permittit. An autem poſſit alteri committi repetitio teſtium iam examinatorum ad informationem curiæ, dixi infra quæſt. 45. verſic. ceterum reus.*

5 *Vnum ſcias, quod diſpoſitio*
p *dict. auth.* [p] *apud eloquentiſ-*

13 Idem adde, quòd commiſſarius Iudicis ordinati ad examinandum teſtes, non poterit eos repetere, ſine noua commiſſione; niſi neceſſariæ interrogationes fuiſſent omiſſæ, vel quòd teſtes primo confusè depoſuiſſent. Anton.de Butr.in cap.licet in fine de offic.deleg.& Afflict.in conſtit.in pecuniarijs,nu.3.B.

h *Apud eloquentiſſimum.*] quod idem per illum text. no. Bal. Ang. & Salic.ibi, & Diaz.reg. 257. *Giach.*

i *Viuius.*] Opin.363. Gabr. lib. 7.concluſ. 25. quid ſi iudex requiſitus nõ pareat.Foller. in verbo notatos capiat, nu.26. Farin.qq. 77. vol.3. cap. 2.nu.72. & ſeqq.& quando in ciuilib. c.1. per totum,& c.3.alias quęſtiones ponit. Quando autẽ teſtis cogi poſſit teſtificari,Foller.in verbo informationes capiat, nu.62. & 63. & nu. 40. & ſeqq. & vide quæ ſcripta ſunt ſupra,q.24. verſ. ſucceſſiuè,quid in reo.Clar.infr. q.31.verſ.ſed hæc,& ſequentib.iterum Foller.in verbo. vel eos verbaliter num.27. *Roſ.*

K *De conſuetudine ſeruatur.*] Adde,& per Caſſa.de dilatio,dec.4. Iacob. Menoc.de arb. iud.lib.2. cent.3. caſ. 250. Simõ de Pret. eius conſ. *Giach.*

l *Cõcedere litteras ſubſidiales.*] Adde infr.q.31. verſ. ſed hæc quidẽ. Verũ iſtæ litteræ ſubſidiales olim etiam in criminalib. apud Romanos cõcedebantur, teſte Plutarco in vita Cymonis: Hic, inquit, ſuper ea re per litteras prætorias rogatus, omne vt erat, eorum ſeriem planè expoſuit. An
*13 autem teſtis † non citatus licet examinatus fidẽ faciat,quòd nõ,vide Rotam in nou.tit. de fid. inſtrum. dec.22. alias 372. per auctoritatẽ l. rogati, C.de teſtib. cog. *Drog.*

11 Item adde, ſi pars † conſenſerit decreto litterarum remiſſionalium, quòd poterit reuocare conſenſum re integra; ante acceptationem conſenſus, iuxta not. in l. error, C.de iur. & facti ignoran. & in cap. fin. de confeſ. & Ferret.in conſ.367. ſub num.4. volum.2.

12 Item adde, quòd commiſſio † facta de recipiendo teſtes ſuper principali, non extenditur ad receptionem teſtium ad repulſam, ex quo non eſt de appendicijs primæ commiſſionis, Spec. in tit. de teſte, §. qualiter verſ. ſed qua re, Iaſ. in l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. & Anch. in cap. præſentium, §. teſtes, de teſt. lib. 6. tamen ſi iudex vult, poteſt committere receptionem teſtium in cauſa repulſæ illi, cui fuit commiſſa receptio teſtium in cauſa principali, per tex. & ibi Doct.in cap. licet, il 3. de teſt. Afflict. in conſtitut. animalia, num.2. vbi dicit,quòd in Regno Neapolit. nunquam committitur audientia teſtium in cauſa repulſæ, ſi cauſa eſt ardua.

m *Dicit tamen Alciat.conſ.262.*] Adde, quòd in recentioribus eſt reſponſ.15. lib.7. *Giach.*

n *Sunt concedendæ.*] Scias, quòd idem eſt in cauſis ciuilibus arduis, & magni ponderis per Alciat. d. reſpon. 15.num.9. lib.7. Adde, & vide per Benintend. deciſ.74. & per Hip. Riminal. in conſ.119. vltim. dub. *Giach.*

o *In hoc autem ducatu.*] Adde infra quæſt. 31. verſ. Sed hæc,& hinc nota,cur etiam Placentiæ per ordines Ducales expreſſum ſit, quòd non concedatur examen per litteras dimiſſorias ad inſtantiam Forenſium, niſi cum licentia: Hunc autem locum citat Menoch. tract. de arbitr. iud. quæſt. 250. cent.3. lib.2. & vtique quicquid ſit de iure, vel aliter ſeruetur de conſuetudine, mihi placet, vt teſtes ad offenſam producti examinentur a proprijs Iudicib. inquirentib. per ea, quæ dixi ſupra quæſt.23. verſ.1. poſt medium. *Baiard.*

54 *Vnum ſcias.*] Adde alias † limitationes ad d. auth. apud
p eloquentiſſimum, per vt Menoch. de recup. poſſ. 15. remed. num. 359. *Baiard.*

Verſ.

q *Verſ. decimo fallit.*] Alias fallentias, vide per Felin.cap.cum cauſam,de teſtib.nu.22. cum ſequ. & Iacob. Menoch. de recuper. poſſeſſ.15.remed.nu. 359. cum ſequentibus, & Corſe.in repet.Felin. col. 669. *Giach.*

r *Sed pone quod Iudex Eccleſiaſtic.*] Adde,quod
15 Teſtis † citatus ad veritatem deponendam, ſi nõ comparet, poteſt puniri pœna ſtellionatus, & ſi
16 poſtquam iurauerit † ſe abſentaſſet, pœna falſi punitur. Baldus in l. presbyteri, numero duodecimo, in fine, Cod. de Epiſc. & Clericis, Angelus in leg. Argentarius, §. cum autem.ff. de eden. *Baiard.*

ſ *Legitimum impedimentum.*] Adde quibus probationib. probari poſſit per Iacobum Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. centuria 2. caſu 118. vbi plenè. *Giach.*

Legitimum impedimentum.] Adde quomodo probetur impedimentum,
17 † vt per Menoch. de arb. iud. caſ. 218. *Baiard.*

ſimum, non habet locum in principe: nam quilibet princeps tam eccleſiaſticus,quam ſecularis poteſt etiam in cauſis criminalibus receptionem teſtium alteri committere. Et hęc eſt communis opi. vt atteſtatur Nonius de los corrigidiores, fol. 211. [q] *verſ. Decimo fallit.*

Sed pone, [r] *ꝙ iudex eccle-*
6 *ſiaſticus citauit aliquem ad deponendum ſub pœna excõmunicationis, qui non comparuit,neque miſit excuſatorem, & ita fuit excommunicatus, deinde comparuit, dicens ſe non potuiſſe comparere propter* [ſ] *legitimum impedimentum: nunquid talis dicetur legitime excommunicatus? Reſpon. gloſ. in cap. cum ſuper, in gloſ.fin. de teſtib.cõgen.dicit, quòd ille teſtis, quo ad Deum non eſt excommunicatus,ſed quo ad eccleſiam ſic: tamen conſtito legitimo impedimento, debet facilè abſolui. Et eſt communis opin. vt dicit Felin. in eod. cap. cum ſuper, num. 7. & ſeq. Follerius in pract. crim can.fol. 122 num. 58. Hęc tamen concluſio in puncto iuris non tranſit ſine difficultate, ex qua ſtante iuſto impedimento, cũ non ſit dolus, neque culpa, non deberet dici excommunicatus, vt Felin. loco pręalleg. qui nihilominus ſubdit, quòd non auderet contra hanc communem opinionem conſulere.*

QVÆSTIO XXVII.

Quid facere debeat iudex, ſi contra delinquentem nulla ſint indicia.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Iudex an poſſit perquiri facere rem furatã in domo alterius, Remiſſiue.*
2 *Reus an teneatur in cauſis criminalibus edere fiſco contra ſe iura, vel inſtrumenta.*
3 *Iudex an poſſit publicare edictum,vel litteras monitorias,vt propaletur, vbi ſit res furata.*
4 *Et an ad detegendum ipſum furem, ſeu delinquentem.*
5 *Statutum dans præmium reuelanti malefactorem an habeat locum etiam in participe ipſius maleficij.*
6 *Et an ille, qui reuelauit malefactorẽ, ſed non probauit, conſequi debeat præmium à ſtatuto propoſitum.*

Ex Additionibus.

1 *Reus quãdo nõ teneatur edere iura fiſco ĩ cauſis ciui.remiſſiue.*
2 *Et quid in criminali, ſeu pecuniaria.*
3 *Monitoria quando concedi poſſint, remiſſiue.*
4 *Monitoria nõ adſtringunt illos, qui bona voluntate defuncti aliquid tenent.*
5 *Inuentori rei alienæ an liceat aliquid recipere.*
6 *Iudex an poſſit publicare edictum ad reuelandum deliquentes remiſſiue.*
7 *Fur non tenetur ſe reuelare.*
8 *Edicta contra teſtes, ſeu ſcientes aliquod factum non ſunt valida.*
9 *Teſtes, qui virtute dictorum edictorum noluerunt deponere, poſſunt in eadem cauſa ſe examinari ad defenſam rei abſque pœnæ incurſu.*
10 *Delinquens, ſi ſe reuelauerit, non conſequitur præmium propoſitum reuelanti malefactorem.*
11 *Et quid in ſocio, remiſſiue.*
Coracoræ publici latronis in Hyſpania exemplum, numero eodem.
12 *Reuelans delictum in crimine læſæ Maieſtatis, licet ſit particeps, conſequitur præmium & liberatur.*
13 *Præmium propoſitum reuelanti malefactorem, de cuius bonis ſoluatur.*
14 *Et an debeatũr officiali, qui malefactorem ceperit.*
15 *Officialis an poſſit imponere pęnam capitis, & confiſcationis bonorum contra nõ reuelantem delinquentem. remiſſiue.*
16 *Præmium petens propoſitum interficienti bannitum, aſſerens mendaciter ſe bannitum interfeciſſe, debet pro præmio capitaliter puniri.*
17 *Statutum proponens præmium inuenienti bannitum intelligitur, ſi eum ceperit.*

ADDITIONES,
Ad Quæſt. XXVII.

a Viſum eſt de indicijs, ſed quid ſi nulla reperiantur indicia.] Adde ſupra in §. furtum, ver. ſed nunquid in fin q. 31. verſ. quęro nũc,vbi deduxi practicam, & ſup.verſ. ſed quoniam. In hoc autẽ propoſito, quando commiſſum eſt delictum, nec apparent legitima indicia, eſt cautius procedendum, & potius quàm aliquem indebitè vexare,proteſtãdum eſt iuxta illud Deuteronom. capitulo 21.Manus noſtræ, inquit, non offenderũt ſanguinem iuſtũ, nec oculi noſtri viderunt,propitius eſto populo tuo Deus. *Drogh.*

b *Sed hic incidenter quæro.*] Adde,quòd in multis
1 caſibus † reus in cauſis ciuilibus non tenetur edere iuri fiſco, ut per Peregrinum de iure fiſci, libro 7. tit.3.numero 11.cum ſeq. *Baiard.*

c *Sed merè pecuniaria.*]
2 Adde, quòd † contrariũ tenuerunt Iaſ.in l.1.num. 8. Deci.in l.2 num.41.C. de eden. & idem Deci. in cap.1.num.14. & Peregr. de iure fiſci,libro 7. tit.3. numero vigeſimotertio. *Baiard.*

QVÆST. XXVII.

1 *Viſum* [a] *eſt de indicijs ſed quid ſi nulla reperiantur indicia? Reſpon. Aliquãdo iudex ſolet ea perquire in domi ipſiuſmet rei, puta, ſi dicatur res furata eſſe in domo alicuius, mittit ſatellites ad eam perquirendam, vt dixi ſupra hoc eo. lib. §. furtũ. verſ. quæro nunquid.*

2 *Sed hic incidenter quęro, Tu ſcis, quod in cauſis ciuilibus reus tenetur edere iura, & inſtrumenta fiſco, etiam ad ipſius intentionem fundandam, nunquid idem erit dicendum etiam in cauſis criminalibus? Reſp. quod non, & eſt communis opin. vt atteſtatur Dec. in l. 2. nu. 41. C. de edendo. Et hoc non modo ſi cauſa ſit capitalis, vt ſentire videtur text.in l. 2. §. Item diuus, ff. de iure fiſci, ſed etiam ſi non ſit capitalis, ſed mere pecuniaria. Et eſt communis opi. vt dicit Ripa in d.l.2. nu. 22. C. de edendo. Quod etiam dicit eſſe ex men-*

tc

Delin-

te omnium Boſſ.in titu. de fiſco, num. 11. Parti vero proculdubio non tenetur edere, niſi eſſent acta communia, nõ autem tenetur edere atteſtationes, confeſſiones, repetitiones, vel confrontationes teſtium. Et ita de conſuetudine ſeruari atteſtatur Prac. Millei fol. 26. nu. 6.

Aliquãdo etiã facit iudex proponi edictum, vel litteras monitorias, ad hoc vt reueletur [d] *delinquens.*

3 *Sed quæro, nunquid poſſit iudex eccleſiaſticus* [e] *concedere litteras monitorias, & pariter Iudex laicus proponere edictum ad inſtantiam partis, vt quicũque ſciuerit, apud quam perſonam, vel in quo loco reperiatur talis res, quę dicitur furto ſubtracta, debeat reuelare. Reſp. quòd ſic, & ita pro regula infallibili traditur ab omnib. Doctor. vt dicit Foller. in pract. crim. cano. fol 119. nu. 27. Quod intellige, vt ex eo quis obligetur ad propalandum, dum modo id ſcias aliunde quam ex reuelatione ipſius furis, nam ſi haberet ab ipſimet, qui furtum commiſit, eo caſu non teneretur reuelare, prout in facti contingentia conſuluit Socin. conſil. 102. Sed nunquid poterit iudex concedere huiuſmodi literas,*
4 *& edictum proponere non modo vt reueletur res furata, ſed etiam ut reueletur, qui illam furto ſubtraxit? Reſp. Legiſtę diſtinguũt, quod aut id fit ex officio, & poteſt iudex id facere; aut fit ad inſtantiam partis, & non poteſt. Sed quicquid ſit de iure, conſuetudo diœceſanorum, & ſtylus Romanę curiæ ſeruat indiſtinctè, vt etiam ad inſtantiam partis concedatur, ut atteſtatur Neuiza. in ſylua nuptiali, lib. 3. n. 30. Foller. in loco præallegato, num. 28. Hanc etiam eſſe communem opi. atteſtatur Neuiza. in loco præallegato, quem refert Pract. Cõradi folio 366. num. 12. in fin.*

In multis [h] *autem locis adſunt ſtatuta proponentia prę-*
5 *mium reuelanti, ſeu denuncianti malefactorem. Quæro, ſtante hoc ſtatuto, ſi compareat aliquis ex participib. vel complicibus ipſius delicti, qui illud reuelet, an gaudeat beneficio ipſius ſtatuti. Reſpon. quòd non; ita tenet Bart. in*

d *Delinquens.*) Farin.q.51.vol.2.num.19. *Roſ.*

e *Sed quæro.*) Vidẽdus Farin. loco mox citato, nu.21. *Roſ.*

3 *Sed quæro nunquid poſſit.*) Adde † videndũ Neuiz.in Sylua nupt. libro tertio, numero 28. cum ſequent. vbi ponit quinque ampliationes, & ſeptem limitationes; vide etiam Socinũ conſil. 118.vol.4 Crauet. conſ. 181.nu.6. Alba.cõſ. 15. & Purpur. conſ. 363. nu. 2. vol. 1. & dictis edictis, ſiue monitorijs, non
4 † aſtringitur ille, qui bona voluntate defuncti aliquid tenet, Ripa reſponſ. 77. ſed latius habetur per Nauar.in ſuo Manuali de furto.

5 Item adde, † quod licet inuentori rei alienæ aliquid accipere à Domino, vt ſibi rem indicet, ſecundum Hoſtienſ. in cap. dudum, il 2. de election. tamen Abb.ibi in 6 col.in dubium reuocat. *Baiar.*

f *Monitorias.*) Amplia quinque modis, atque etiã limita ſeptem, vt per Neuiz. in loco in text. allegato. & adde, quod non fertur excommunicatio, ob furtum omne mortale, vt per Nauarr. in ſuo Man. & quoniam egregiè materiam pertractat de furto, quod mẽtale, quod reale, & quæ paruitas a mortali excuſat, & quæ qualitas excuſat à mortali. Et qualiter furtum notabile, & furtum factũ pauperi, & diuiti qualiter metiẽdum. Et furtum mortale, quæ quantitas faciat, & ponit, quæ à mortali culpa excuſant, de illis ſi vis ſcire, apud illum videto, & etiã de reſtituendi ordine. Et quid reſtituendum, & quantum reſtituetur, & cui reſtituendum, de ordine adhibendo; & quando reſtituendum. Et quæ cauſæ non reſtituentem à peccato excuſant. Et de reſtitutione bonorum incertorum. Quæ omnia hic placuit relatiuè poſuiſſe, quoniam alijs iudicando relinquo. *Baiar.*

6 g *Sed nunquid poterit Iudex.*) Adde videndum † Riminal. Iun. in conſ. 327.& Bertaz. conſil. 107. & 343. vbi latiſſimè quis non teneatur reuelare delinquentem, etiam ſtante proclamate, de quibus conſultationibus valde dubito, quando ab habente auctoritatem proclama factum fuerit, & ſecundum Iaſon.in l. 1. §. ſi tibi iudicium, ff. de cond.ob turp. cauſam, quis non tenetur indicare furem, ſiue malefactorem, niſi in quinque caſibus.

7 Item adde, quod † nec fur ipſe tenetur ſe reuelare, vt per Rebuffum ſuper conſtit. tomo 2. in tract. de famil. ſalar. gloſ. 10. numero 10.

8 Item adde, quod huiuſmodi † edicta contra teſtes, ſeu omnes ſcientes ſucceſſum rixæ, ſeu ſucceſſum homicidij, ſunt valida, nec concedi debent, & teſtes, qui virtute edicti depone-
9 re noluerint, † poterunt poſteà examinare in dicta cauſa, ad defenſionem rei, ſine incurſu alicuius pęnæ, ita tradit Sola in Comment. ad conſtit. Sabaudiæ in ver. vt nemo inuitus accuſare, num.6. cum ſeq fol.171.

10 h *In multis autem locis adſunt ſtatuta.*) Adde, quod † multo minus ad ſtatutum intelligitur de ipſomet malefactore, ſi ſe ipſum reuelat, Bart.in l. 1. §. ſi tibi. ff. de cond. ob turp. cauſ. Bald.in l. 3. C. de eod. Afflict. in conſt. ſi damna clandeſtina, num.70. & ibi nu. 50. loquitur etiam de ſocio.

11 Sed contrarium legitur de Cæſare Auguſto, qui † decies ſeſtertium edicto promiſerat illi, qui Coracoram in Hyſpania Ducem latronum ad ſe deduceret. Coracoras re intellecta ſe ipſum Auguſto ſpontè obtulit, ac præmium promiſſum dari iuſſit, ne aut mercede promiſſa, vitam eripuiſſe, aut publicam ſecuritatem violaſſe videretur aduerſus eum, qui in iudicio ſpontè ſe ipſum præſentauerat: tametſi iure damnare, ac ſupplicio latronem afficere potuiſſet. Ita recitat Bodin. de Republic. libro primo, capitulo ſecundo, cart. 2. in fine.

12 Item adde, quòd † in crimine læſæ maieſtatis, particeps reuelans delictũ liberatur, & præmiũ conſequitur, Gigas in tract. de crimin. læſæ maieſtat. lib. 2. q. 19.

Item adde, quòd Iudex poteſt proponere præmiũ capienti malefactorem, ſi proponit cum conſenſu Regentium ciuitatem, & tale præmiũ in dubio de-
13 bet ſolui de bonis † offenſi, ad cuius iniuriam vindicandam id fit, & ſi illa bona non ſufficerent, vltimo loco debet ſolui de bonis fiſci, ita tradit Angel. in verbo, quod fama publica, verſic. 13. num.72. cum ſequent. & Roman. conſ. 409. & tradit etiam Angel. ibi num. 74. quod
14 officialis † publicus non debet habere tale præmiũ etiam non à ſe conſtitutum, ſed etiam vniuerſaliter ordinatum, & à Statuto deputatum.

15 Item adde, † an officialis poſſit imponere pœnam capitis, & confiſcationis bonorum per edictum contra non reuelantem delinquentem, vide Riminaldum iunior. conſilio 327. volum. 3.

16 Sed pone, ſtat ſtatutum, præmians interficientem bannitum, & aliquis mendaciter dixerit, bannitum interfeciſſe, & præmium peteret, loco præmij, mortem reportare deberet, & ita in contingẽtia facti fuit deciſum in ciuitate Pariſiorum, vt refert, & concludit Gulielm. Benedict. in capitulo Raynutius, in verbo, mortuo itaque teſtatore, il primo, numero 341. de teſtam.

17 Item adde, quod ſi extaret † ſtatutum, quod daret præmium inuenienti bannitum, debet intelligi de eo, qui bannitum ceperit, ſecundum Alber. Angel. & Doctor. in l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iuris.

i *Bart.in l.3. §. ſi ex ſtipulatu.*) Magnum tamen eſt hoc dictum, quod ſocio reuelanti, non attendantur litteræ impunitatis, nec præmij promiſſio: Ideòque nil mirum, ſi ſtantibus litteris impunitatis à Senatu conceſſis Illuſtriſſimo Domino, & Patrono meo Raynutio Gambaræ, ſuper complicibus, & conſcijs tractatus mortis Illuſtriſſimi quondam Brunorij eius filij vnigeniti, nihilominus iſti Aſſaſſini, & Latrones nil detegunt. Hanc enim practicam nouerunt omnes Marioli, per text. in l. prima, §. cum quis latronem, ff. de quæſt,

quem

l.3. §. ſi ex ſtipulatu, ff. ad Sylla. & eſt communis opin. vt dicit Aug. ad Angel. de malef. in verbo. Nec non & ad denunciationem, num.31. Et refert Ang. in l.4. §. ſi tibi, num.2. ff. de cond. ob turpẽ cauſ. quòd cum in nocte Veneris ſancti fuiſſet interfectus quidam Hebræus cum filijs ſuis, & quidam Formolus ſub ſpe prę mij quingentorum aureorum indicaſſet ſocios, & ſeipſum, fuit ipſe Formolus laqueo ſuſpenſus. Et hoc idem refert Anan. in cap. qui cum fure, num.8. de furtis.

6 *Sed pone, ſtat ſtatutum, uel propoſitum eſt edictum, quòd denunciatus, vel detegens, vel arguens malefactorem, conſequatur certum præmiũ; modo aliquis denunciauit, vel arguit aliquem de maleficio, ſed non probauit; nunquid conſequetur præmium propoſitum à ſtatuto, vel edicto? Reſpond. quòd non, & ita interpretatur conſuetudo generalis, quæ ſeruanda eſt, vt atteſtatur Alber. in l. diuus Adr. num. 10. ff. de cuſto. reo. Intelligenda enim ſunt verba cum effectu, vt ſcilicet nõ ſufficiat denũciaſſe, detexiſſe, uel arguiſſe, niſi etiam conuincat*

quem citat Boſſ. titul. de confeſſ. numer. 19. & tit. de remed. ex ſola clementia Principis, num.32 & eſt apud Felin. in cap. 1. col.2. de off. deleg. qui limitat hoc in non ſubdito, ut talis non ſubditus, ſed particeps premium conſequatur, allegat Bart. in l.3. ff. de cond. ob turpen cauſam per tex. in cap. ſi quis Papa 79. diſtin. vide ſimilia proclamata apud antiquos Romanos in uſu fuiſſe, unde Appia. Alex. Romanæ Hiſtoriæ ciuil. Bell. lib. 4. At qui intemptorũ à ſe capita nobis apportarit, hic liber fuerit, quinque ſupra viginti mille Drachmas pro qualibet recipiet: ſeruus ultra proprij libertatem corporis decem millia Drachmas atticas, & ciuilitatem heriſui conſequetur, eadẽ indicantib. præmia aderunt. Idem Appianus Alex. ciuil. bell. lib. 1. ait, ſenatus per preconẽ ſtatim annunciari iubet, ſi quis Aſelij interfectorem publicaret, libero quidẽ argentum, ſeruo libertatem, conſcio veniam polliceri, & Liuius libr. 6. Decad. tertia. Itaque conſul pro auctoritate Senatus pro concione edixit; qui quorum opera id conflatum incendium profiteretur premium fore, ſupra in §. furtum, verſic. ſolent etiam Ratio autem, cur reuelanti gratia non attendatur, inf. q.30. uerſ. Præterea quæro, ſic, & aliàs dicimus, quòd Iudex promittens reo impunitatem, illam non tenetur ſeruare infra, quæſt. 55. uerſic. circa primum. Contrarium tamen ut ſeruari debeat fides ab eo, qui po eſtatem habet promittendi impunitatem, dixit infr. d. q. 55. uerſic. circa ſecundũ Nec ſatis reperio rationem diferentiæ inter promiſſionem factã à ſtatuto, quæ non ſeruatur, ut hic, & promiſſionẽ factã à Principe, quæ ſeruari debet, ut ibidẽ, cogita. At de monitorijs, de quib. ſupra hac ead quęſ. verſ. ſed quæro, & qũo in eis maximè apud Eccleſiaſticos procedatur, uide Cõciliũ Trident. ſeſſ. 25. c.3. Menoc. de arb. iud. li. 1. q.26. in fi & eodem tract. lib. 2. centur. 4. caſ 355. nu. 5. & qũo ad exedutionem monitorij procedatur, nõ ſecus ac in mulcta, de qua infr. q.44. ver. vnum dum ſciat, uide etiã Quinti Mandoſ. trac. de monit. q.31. ſub nu.4. & no. quod cum ſtatutum dat prę miũ reuelanti, non ſufficit reuelare, ſed debet probari ex mente Ang. vt per Alex. conſ.78. ſub num.27. vol.5. *Drogh.*

QVÆSTIO XXVIII.

Tractatur materia capturæ.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De captura reorum,*
2 *Captura an concedi debeat, ſtatim porrecta contra aliquem accuſatione.*
3 *Mulieres an poſſint perſonaliter detineri.*
4 *Doctores an poſſint carcerari.*
5 *Clerici an poſſint de iure detineri.*
6 *Et an à iudice ſeculari.*
7 *Capi nemo debet ſine iudicis commiſſione.*
8 *Captura an poſſit committi ipſi parti offenſæ.*
9 *Detentus appellans an ſit relaxandus Remiſſiuè.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex incompetens an poſſit delinquentem capere, & competenti præſentare, etiam ſine periculo fugæ.*
2 *Iudex quilibet dicitur competens ad capturam, quando adeſt ſuſpitio fugæ.*
3 *Iudex capiens temerè innocentem puniendus eſt.*
4 *Tenetur parti ad intereſſe.*
5 *Et etiam iniuriarum.*
6 *Iudex eccleſiaſticus clericum temerè carcerans, excommunicationem incurrit.*
7 *Lim. niſi aliqua iuſta cauſa excuſetur.*
8 *Captus abſque indicijs an debeat excarcerari, ſi poſtea indicia ſuperuenerint.*
9 *Captus nulliter relaxari non debet, quando de nouo contra ipſum captura eſſet concedenda.*
10 *Carceri quis poteſt in criminalib. etiã qđ pęna ſit pecuniaria.*
11 *Carcerandi arbitrium in criminalibus reſidet pœnes iudicem.*
12 *Quid Romæ ſernetur.*
13 *Captura ante contumaciam eſt arbitraria, poſtea verò neceſſaria.*
Teſtis, qui repellitur à lege, facit indicium ad capturam, num.eod.
14 *Iudex non cogitur incipere à captura perſonæ.*
15 *Iudex non deueniens ad capturam in delicto graui, non caret ſuſpicione*
16 *Iudex an poſſit deuenire ad citationem realem, vel perſonalem, non conſtito de delicto.*
Et quid ſeruetur in Regno Neapolit.
17 *Executor capiens aliquem iniuſtè, poteſt impune ipſum liberare.*
18 *Iudex tenetur carcerare filium ad iuſſum patris.*
19 *Licentia de capiendo, an duret in tempus ſucceſſoris, remiſſiuè.*
20 *Et an poſt mortem mandantis.*
21 *Mulier poteſt carcerari poſt condemnationem.*
22 *Mulier quando poſſit perſonaliter detineri.*
Et cum ea mitiùs eſt agendum, quam cum maſculo.
23 *Clerici quando poſſint carcerari, remiſſiuè.*
24 *Delicta enormia quæ dicantur, remiſſiuè,*
25 *Clericus quando poſſit per laicum carcerari, remiſſiuè.*
26 *Iudex incompetens poteſt delinquentem capere, vt præſentet Iudici competenti.*
27 *Clericus debet remitti abſque alia requiſitione.*
28 *Delinquens in flagrati poteſt à quolibet capi.*
Priuata perſona poteſt alios requirere ad capien. & cuſtodien. malefactorum.
29 *Homicidium non dicitur ex animo deliberato ſi malefactor, dum capitur, occidatur.*
30 *Executores incedentes per Comitatus non poſſunt grauare ruſticos.*

QVÆ